

## De virginibus

**G** Aude celestis sponsa Summi regis iam templū in  
gressa. Ad regale quoq; conuiuū ducta. Et mox in-  
tratura cubilis secreta semper virgo mansura. Filius regis  
amator castitatis seruat locum pudoris.

Ista sequētia decantant in festo sanctarū virginū. Et pōt diuidi in tres pres-  
bitero alloquit sanctas virginē ipas commendādo. Secūdo tangit quōd cui  
aliter virgini suscepte in celū obuiare dicitur chorū virginū et decantare pōt lau-  
dem. ibi huic spōso. Tercio dirigit petitiōne ad xpm. ibi ad talia tu nos  
gaudia. Dices pmo sic. **O** celestis spōsa. i. o beata virgo (gaude) .i. le-  
tare. s. q; es (ingressa) .i. q; introisti (iam templū) id est diuinam gloriam  
(summi regis) .i. oipotētis dei (q; p) et (ducta) .i. vocata (ad regale cō-  
uiuū) .i. ad celeste conuiuū (et mox) .i. statim (intratura secreta) .i. archana  
(cubilis) .i. regni celestis (mansura) .i. pmanura (semp) .i. eternaliter (virgo)  
q; (filius regis) .i. dei oipotētis etnis (amator castitatis) .i. virginitaris  
(seruat) .i. retinet (locū pudoris) id est claustra pudicitie. **N**otādū cir-  
ca istam q; scēte virginē merito debet gaudere. q; meritū virginale capit cō-  
tuplū fructū. Est em̄ virginitas thesaurus. q; si semel amissus fuerit recūs-  
perari non pōt. et ergo dicitur q; virginitas sit recepta ad regale conuiuū  
Licet em̄ aliqui in celo inestimabili gaudio fruuntur. nunq; tamen ad hoc  
speciale conuiuū virginale perducuntur.

**H**uic sponso venienti virginēs omnes obuiate.

**F**erte lampades iā ardentes in vasis oleum simul deferentes  
Nec auro tangit quōd xpo sponso venienti obuiare debet chorus virgī-  
nū. et decantare xpo laudē dicens. **O** (omnes virginēs) scz scēte (obuiate)  
.i. occurrite (huic spōso) .i. xpo (venienti) .i. de celo. et (ferre) .i. portare (iā)  
id est isto tpe (lampades ardētes) .i. obuiantes. hoc est bona opera (defe-  
rentes) .i. habētes (oleū) scz misericordie (in vasis) .i. vestris lampadib;.

**E**t regium festinanter adornate thalamū.

**E**t regi regū decantate canticum solis virginibus decantādū  
**E**t vos virginēs (adornate) id est decorate (festināter regium thala-  
mū) id est habitaculum omnipotentis dei (et decantate) id est laudem ex-  
hibete (canticum) id est carmen leticie (regi regum) .i. xpo filio dei (de-  
cantandum) id est psallendum (solis virginibus).

**J**anua patet. que parate sunt intrent.

**C**ū spōsus venit quis eū sequi possit om̄is virgo memor sit  
(Janua) scz regni celestis (patet) id est aperta est (intrent) scz per eam ad  
celestem gloriam. .i. virginēs (que sunt parate) id est electe (omnis virgo  
sit memor) .i. recordet istius (cum sponso venit) .i. intrabit regnū celoꝝ  
(quis) scz hominum (possit eum) scz sponsum (sequi) id est imitari.